



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] iudiciu[m] sit semper secundum leges scriptas proferendum? 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

*Vtrum sit semper secundum leges scriptas iudicandum?*

338

*Inf. a. 6. cor.*

*l. nō possunt de quibus ff. de legibus.*

**A**D quintum sic proceditur. Videtur, quod non sit semper secundum leges scriptas iudicandum. Semper enim vitandum est iniustum iudicium. Sed quandoque leges scriptæ continent iniustitiam, secundum illud Isaiæ 10. Vt qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt. Ergo non semper est secundum leges scriptas iudicandum.

*li. 5. 10. som. 5.*

¶ 2 Præterea, iudicium oportet esse de singularibus euentibus. Sed nulla lex scripta potest omnes singulares euentus comprehendere, vt patet per Philosoph. in 5. ethi. \* Ergo videtur quod non semper sit secundum leges scriptas iudicandum.

¶ 3 Præterea, Lex ad hoc scribitur, vt sententia legislatoris manifestetur. Sed quandoque contingit, quod si ipse legislator presens esset, aliter iudicaret. Ergo non est semper secundum leges scriptas iudicandum.

*\* c. 27. d. med. 10. 1*

**S**ED contra est, quod Augustinus dicit in libro de vera Religione \*, In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent, cum eas instituerint, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudicibus de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

*ar. 1. huius q.*

**R**ESPONDENDO dicendum, quod sicut dictum est \*, iudicium nihil aliud est, quam quedam definitio, vel determinatio eius quod iustum est. Fit autem aliquid iustum dupliciter. Vno modo ex ipsa natura rei, quod dicitur ius naturale. Alio modo ex quodam condicito inter homines, quod dicitur ius positium, vt supra habitum est \*. Leges autem scribuntur ad vtriusque iuris declarationem, aliter tamen & aliter. Nam legis scriptura, ius quidem naturale continet, sed non instituit: non enim habet robur ex lege, sed ex natura. Ius autem positium

*q. 57. a. 2*

uana

uum scripturam legis & continet & instituit, dans ei auctoritatis robur. Et ideo necesse est quòd iudicium fiat secundum legis scripturam: alioquin iudicium deficeret, vel à iusto naturali, vel à iusto positivo.

Ad primum ergo dicendum, quòd lex scripta, sicut non dat robur iuri naturali, ita nec potest eius robur minuere, vel auferre: quia nec voluntas hominis potest immutare naturam. Et ideo si scriptura legis contineat aliquid contra ius naturale, iniusta est, nec habet vim obligandi. Ibi enim ius positivum locum habet, ubi quantum ad ius naturale, nihil differt, utrum sic vel aliter fiat, sicut supra habitum est \*. Et ideo nec tales scripturae, leges dicuntur, sed potius legis corruptiones, ut supra dictum est \*: & ideo secundum eas non est iudicandum.

9. 57. a. 2  
1. 2. q. 95  
art. 2.

Ad secundum dicendum, quòd sicut leges iniquae secundum se contrariantur iuri naturali, vel semper, vel ut in pluribus: ita etiam leges, quae sunt recte posita, in aliquibus casibus deficiunt: in quibus si servarentur, essent contra ius naturale. Et ideo in talibus non est secundum litteram legis iudicandum, sed recurrendum ad aequitatem, quam iacendit legislator. Unde Iurisperitus dicit \*, Nulla ratio iuris aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad severitatem. Et in talibus etiam legislator aliter iudicaret: & si considerasset, lege determinasset.

In dige-  
sto v. seri  
l. 1. tit. 3.  
leg. 24.

339

Et per hoc patet responsio Ad tertium.

Sup. a. 2.  
co. et inf.

ARTIC. VI.

Utrum iudicium per usurpationem reddatur peruersum?

9. 67. a. 1  
Et 4 d. 17

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quòd iudicium per usurpationem non reddatur peruersum. Iustitia enim est rectitudo quaedam in agendis. Sed nihil deperit veritati à quocumque dicatur, sed à quocumque.

9. 3. a. 3.  
9. 4. et d.  
48. q. 1.  
art. 1. cor.

E 2 cura-